

CAPUT XV.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞. Amygdalarum dulcium non rancidarum libras sex.

In mortario lapideo tere pistillo ligneo, per setaceum trajice, sacculo cannabino immitte, ac torculari subjice.

Dosis ab uncia semis ad uncias tres, vel plures.

Eadem ratione exprimitur Oleum

Seminum Ricini dempto prius cortice,

Nuccum Avellandarum,

Nucleorum Pinneorum,

Nuccum Juglandium,

Seminis Papaveris albi,

Lini,

Sesami Orientalis,

Cannabis,

Hyoscyami, et similia.

OLEUM FRUCTUS CACAO.

(Butyrum Cacao.)

R̄. Fructus Cacao torrefacti, et mundati Q. V.

Tere, et per setaceum trajice, postea in mortario marmoreo calefacto diutissimè pinsito, ut fiat massa mollis, statim saculo linteo excipe, et praelo calefacto comprime; tunc in vase vitreo loco calido oleum repone, ut liquescat, filtra, et in modulis papyro involutis mitte, ut formentur tabellae, seu pastilli post refrigerationem.

OLEUM NUCCIS MOSCHATAE.

R̄. Nuccum Moschatarum Q. V.

In mortario marmoreo pistillo ligneo tere, et per setaceum trajice, ut fiat pulvis grosus; postea in mortario ferreo calefacto pinsito fortiter, ut fiat massa tenuissima, et malaxabilis, in sacculo linteo excipe, et confestim praelo calido exprime.

Dosis ad scrupulum.

Sic extrahuntur sequentia olea
Baccarum Lauri siccatarum,
Seminis Anisi,
Foeniculi, et simil.

OLEUM EX VITELLIS OVORUM.

Rx. Ova quot volueris.

Coque in aqua ad duritiem, vitellos exime, et radulâ comminutos in vase ferreo igne moderato assa, spathula assiduè movendo, donec ex flavo rubescant, et pinguedinem exsudent. Confestim in sacculo lineo excipe, praeloque calido exprime.

CAPUT XVI.

OLEA COCTA.

OLEUM APPARITII REFORMATUM.

(Balsamum Aparitii.)

Rx. Olei Olivarum libras sex,

Summitatum Rorismarini	{	ana libram unam et semis.
Hyperici,		
Rutae.		